



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Ordinatus tenetur Horas suas Canonicas quotidie legere, ibid.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

nandorum seu collatione Ordinum cui-
cunque sub quocunque etiam praetextu
soluti consueta, prorsus abrogamus, &
abrogata esse omninò volumus, ac pro-
inde eadem exigere, dari, offerri, vel etiam
spontè oblata accipi seuerè prohibemus,
sub pœnis in eodem Concilio Tridenti-
no mentionatis. Quo verò accuratius
prædicta omnia ad executionem dedu-
cantur, expressè vetamus, ne noster in
Pontificalibus Vicarius vllum ordinet,
circa quem præmissa non esse observata
animaduertit: quia hæc est seria nostra
voluntas.

*a c. quãdo dist. 24. c. placuit 1. q. 1. c. sicut Epi-
scopũ 1. q. 2. Conc. Trid. sess. 21. de reform. c. 1.*

*Ordinibus sacris insigniendus Examen
subeat, an propositum eius sit pium,
sanctum ac firmum; & quantum pos-
sit in horarijs precibus recitandis.*

XXX. Qui se examini subiciet, vt
sacris Ordinibus initietur, ante omnia
interrogetur, a quo affectu ductus, Or-
dinem Ecclesiasticum petat, an eius pro-
positum pium sit, sanctum ac firmum; &
quan-

quantum possit in horarijs precibus recitandis : ordinatus verò sciat se, secundum Canonicas sanctiones, ad istas preces quotidie persoluendas sub pœna peccati mortalis, & si beneficiatus est, restitutionis insuper fructuum pro rata temporis, quo Officium non impleuit, obligatum; ideoque vnusquisque huic obligationi studiosè latis faciat.

*a Concil. Prouine. Coloniens. sub Herman-
no 5. part. 1. c. 21. & 22. ac sub Adolpho 3.
Archiepisc. Coloniens. De Altero Medio. c.
Deinde visum &c. pag. 431.*

Examinetur etiam in cantu Choralis.

XXXI. In Cantu ecclesiastico addiscendo hactenus magna ordinandorum negligentia animaduersa fuit, non sine graui scandalo populi, vt aut muti sint multi in Choro Clerici cantus Ecclesiastici imperiti, aut in voce inconcinna & absoua mutis deteriores sæpe reperiuntur: quare seriò mandamus omnibus ad sacros Ordines aspirantibus, vt Cantum Gregorianum seu Choralem ex principijs, vsu, atque exercitatione
addi-